

SERMO

XCVII

et salute siue consolamur p̄ vestra consolatioe siue exhortamur p̄ vestra exhortatioe ⁊ salute. Que est gloria nra vel vestra: i. q̄ vos non deficiatis h̄ p̄seueretis in bono ⁊ gloria vestra est etia gloria nostra. Gloria em̄ pastoris est confirmatio ⁊ status gregis. **1. Cor. 1.** Gloria vestra sumus sic ⁊ vos nostra. Sequit̄. **1. Tim. 2.** rei gloria id est p̄ hac vestra p̄seuerantia ⁊ confirmatioe flecto genua mea ad patre d̄ni nostri ihu christi. Est em̄ deus pater domini nostri ihu christi p̄ natura ⁊ nostri p̄ gratiam. q̄ nos p̄ gratiam in filios adoptauit. Et q̄ omnis paternitas in celo ⁊ in terra nominat̄ siue p̄ modū beneficii siue sit naturalis siue sp̄ialis. In terra quantū ad patres ⁊ platos in celo quantū ad angelos nos custodietes ⁊ seruantes. Et nota q̄ dicit nominat̄ q̄ nec hō nec angelus p̄ se dicit pater h̄ sol⁹ deus. **Matth. 23. 35.** Et patre nolite vob̄ vocare sup̄ terra. vnus em̄ ē pater vester q̄ in celis ē. **Damasenus.** Principalius dicit de⁹ pat̄ n̄r q̄ de nō esse ad esse nos duxit q̄ nos genuerūt. Ut det vob̄ fm̄ diuitias gl̄ie siue sicut diues ē in gl̄iose opando ⁊ gl̄iosa munera largiendo. det vobis in quā v̄tute corroborari. i. ad corroborandū. vt in eius v̄tute sitis corroborati. Et hoc p̄ sp̄m̄ sanctū eius. et vbi in interiori homine. i. in anima ⁊ sp̄u mentis. **De quo. 1. Cor. 3.** Simul qm̄ si is q̄ foris ē noster hō corrupat̄. tñ is q̄ est intus renouat̄ de die in die. Sed ad qd̄ sitis sic roborati in interiori homine. Certe ad habitandū christū in cordib⁹ vestris. Vñ habitare. i. ad habitandū. et h̄ p̄ fide vt sc̄z fides ihu christi habitet in cordib⁹ vestris. **1. Joh. 3.** Qui manet in caritate in deo manet. **Abacuc. 1.** Fustus ex sua fide viuet. Christus em̄ dupliciter in nobis habitat sc̄z p̄ fide quātū ad intellectū ⁊ p̄ caritate quātū ad affectū. Et sic p̄t̄ p̄m̄. **Secūdo** ap̄tus orat̄ ephesioy in caritate p̄fectū dicit. **1. Tim. 2.** rei gloria flecto genua mea vt vos radicati ⁊ fundati in caritate possitis cōp̄hendere cū omnib⁹ sanctis. Cōpatur aut̄ caritas radici ⁊ fundamento. Radix em̄ arborū est fundamentū edificōy ex radice stru⁹ ius p̄cedit ex fundamento vō resurgit edificium qd̄ p̄tegit. Et h̄ duo caritas in nob̄ facit. Nā fructificare nos facit ac etiam p̄tegit. **Col. 1.** In christo ambulate radicati ⁊ superedificati in ip̄o. Sic ⁊ radicati possitis cōp̄hendere cū omnib⁹ sanctis. i. sicut omnes sancti q̄ h̄ latitudo id ē quanta debeat esse latitudo caritatis q̄ debet vsq̄ ad inimicos extēdi. ⁊ cū hilaritate bñ opari. q̄ qui tristis dat p̄dit qd̄ dat. Opus est gl̄ latitudine caritatis ne perdamus qd̄ facimus bonū. Sed q̄ abundante iniquitate refrigescit caritas multo. ideo opus est lōgitudine caritatis. ⁊ ideo subdit q̄ h̄ lōgitudine caritatis. h̄ est p̄seuerandi lōgaminitas. In caritate enim stando p̄seueratur.